

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258

XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

monasteria, ijs, qui aderant, supplicabant cum multis lachrymis, nè pater separaretur à filiis. Tunc Dei voluntate ad eorū, qui illic erant, salutem, in oratorio ab eo condito in stat monasterij, eum deposuerunt. Cuius monumentum per multiplicem Christi benignitatem efficit curationes usque in hodiernum diem.

Consummatus autem fuit sanctus noster Presbyter & Archimandrita & magnus inter exercitatores Auxentius in imperio p̄ij & Christi a mantis Zenonis, Februarij mensis xiiij. Fuit vero depositus in predicto monasterio, ad gloriam Dei nostri, qui operatur dona in sanctis suis. Quoniam cum decet gloria cum patre & sancto spiritu, nūc & semper & in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SS. FAVSTINI ET IOVITAE,
CVI ETIAM ANTIQVISSIMA MARTYROLOGIA
fidem conciliant: *Et certè Ado episcopus prolixè illud describit.*

Eatissimi viri Faustinus & Iouita, nobilissimis in ciuitate Brixiana orti parētibus, fidem Christi, quam religiosa mente didicerant, instanti sollicitudine prēdicabant. Erant enim non solum germanitate carnis coniuncti, sed etiam virtute spiritus ita vniuersi, ut concordi ubique studio Christū annunciantes, copiosam regionis illius multitudinem ad veræ fidei cultum perducerent. Erat siquidem eo tempore eiusdem Brixianæ ciuitatis episcopus, Apollonius nomine, qui ob metu persecutionis fese in abditis occultabat. Is cum famulos Dei ardentissimum ferorem erga prēdicationis studium habere consiperet, ad se acceritos, Ecclesiasticis eos gratibus sublimauit. Denique Faustino, quia maior natu erat, presbyterij officiū tradidit: Faustinus fit Iouitam vero ianuarem natu, ministriori Christi numero sociavit. Suscepitis itaque beatissimi viri Faustinus & Iouita diaconus, coprēte nihilominus tanto propensiū verbo prēdicationis insistere, quanto magis eos ipsa etiam sacerdotalis dignitas inuitabat. Cumque innumerabilem quotidie populum Christo acquirerent, nec esset aliquis, qui eorum doctrinā repugnaret, ceperit opinio prēdicationis eorum ad vicinas etiam provincias se circunquaquā diffundere.

Eo itaque tempore Italicus Comes, qui Rhetiarum populis prēcerat, cum esset paganiissimus, & supra modum dēmoniacis cultibus occupatus, lumen, quod ipse cecitatis sue inuolutis tenebris respuebat, moliebatur etiā insano studio à sua prouincia hominibus arecere. Unde factū est, ut veniente Adriano Imperatore in partes Liguriæ, ad flumen Adduam ei occurreret, ac talibus apud eum ore sacrilego niteretur cōquestionibus: Inuictissime Imperator ac triumphator, inquit, consule Romanæ reipublicæ tuæ, cōsule sacratissimis dijs nostris. Sunt duo viri in ciuitate Brixiana, qui nescio quē Christum prēdicatorēs, plures iam à magnorum deorum nostrorum cēremoniis auerterūt. Hos nisi vestri numinis censura coērcuerit, certum est, eorum subuersiōnibus diuinam in his locis oblitterari culturam. Audiens talia Imperator Adrianus, dat ei, vt potè quem tenebat studiosissimum sui erroris fautorē, huiusmodi per sacram scriptiōnem potestatem, ut vbi cūque Christianos inuenisset, aut dijs eos inclinarēt, aut diuersis supplicijs exterminaret. Accepta itaq; Italicus Comes, vt optauerat, sequendi in Christianos protestare, processit iterus Brixiam, sicut iussérat Adrianus. Qui mox vt in ciuitatē ingressus est, misit Liberium consiliarium suum ad Faustum & Iouitam, qui eis imperiale facerent innoscere sanctionem. Quos cum in fide nominis Christi persistere immobili, sicut tunc corā Italicō Comite,

Qui cum adducti essent, ita eos Comes Italicus allocutus est: Inuictissimus Imperator sacris suis iussis cōstituit, debere omnes Christianos ad deorum nostrorum religionem conuerti. Si qui verò eius inuenti fuerint repugnare prēceptis, diuersis in eorum cōtumaciam animaduerti supplicijs. Unde equū est, vos, o Faustine & Iouita, tam salubribus monitis colla submittere, & reliquo nouo superstitionis errore, ad veterē sacrō deorum, quam status reipublice cōstituit, repedare culturam. Beatissimi Faustinus & Iouita

dixerunt: Tempus nostrum aduenit, vt exultare potius, quam terreri, debeamus. Unde scire te certius volumus, quia neque fidem Domini nostri Iesu Christi, qua semel imbuti sumus, vello possimus modo relinquere, neque huiusmodi preceptis obedire. Audiens hec Italicus Comes, iussit eos in carcere custodiri usque ad Adriani Imperatoris aduentum, qui in proximo sperabatur venturus. Quinta igitur die cum introisset Adrianus Imperator Brixiam, retulit ei Italicus Comes de beatissimis Faustino & Iouita, quod iussis eius obtemperare contempserint, & quia ad eum audientiam clausi reseruerantur in carcere. Adrianus Imperator dixit: Et quali progenie orti sunt, vt ad nostram maiestatem audiendi reseruerantur? Italicus Comes respondit: Ex praelato genere originem ducent. Nam parentes eorum caput senatus in hac ciuitate fuerunt, qui tantum dij s nostris exhibuerunt reuerentiam, vt sic ubi conperissent esse Christianos, summo eos flagrantis zeli studio persequeretur. Ipsi vero qua in insania dementes effecti sint, nescio, vt obstinata cordis intentione deos nostros blasphemantes respuant, & Christum, qui a Iudeis ligno affixus asservitur, colant. Adrianus dixit: Ipsi homines mihi plurimum necessarij sunt, vt per eorum supplicia multos ad deorum nostrorum religionem convertantur. Tunc precepit eos eductos de carcere, suis presentari ad spectibus, quibus & dixit: Est ne aliquis Deus Sole praestantior, vt relicto eius numine, ad alium vos quasi potiore debeatris conferre? Beatus Iouita respondit: Nos verum Deum veneramur & colimus, qui est Deus celi & terra & vniuersae creaturae: qui & ipsum Solem constituit, ac dedit illi officium, vt luceat per diem, sicut & lunae stellarumque ordinibus, vt tenebras illuminet noctis. Adrianus dixit: Consultius facitis, si nostram impleatis voluntatem, vt primi in nostro palatio esse possitis, quam in hac insania persecuerantes, acerbissima morte consummemini. Sanctissimi Faustinus & Iouita dixerunt: Non facimus rem nefariam, quae nos ad interitum perducat aeternum. Adrianus dixit: Nefarie facitis, cum vos Christianos esse denunciatis, vt exclusa a vobis tranquillitas nostra gratia, infamiae macula denotemini. Sanctus Iouita respondit: Optimè nos profitemur & denunciamus esse Christianos, nam gratia tua nobis vitanda est, vt ad aeterni regis gratiam peruenire possimus. Adrianus Imperator dixit: Nimis duro corde estis, quos verba mea inclinare non possunt. Petetas enim nostra erga vos est: ideoque vos optamus modis omnibus effici meliores, vt dignam habeatis apud nos militiam potestatem. Beatus Faustinus respondit: Dignam habemus militiam, quam nobis Christus noster tradidit. Nam militia vestra cum tempore finienda est, quia & vos ipsi cum tempore deficietis. Nostra vero militia in eternum permanet. Adrianus dixit: Iam sati est, quod vos patienter sustinui. Aut sacrificare deo iniuncto Soli, aut permulta faciam in vos tormenta expendi. Faustinus & Iouita responderunt: Nos sacrificamus Deo viuo, qui Solem in ornamenta constituit. Sol autem, quem nobis adorandum precipis, a Deo vero nobis in obsequium datum est. Tunc Adrianus ira commotus, iussit eos ante templum Solis perduci. Erat autem statua Solis auro perfusa, habens in capite radios ex auro puro. Quibus dixit Adrianus: Videtis gloriam iniuncti Solis? Accedite, & sacrificare ei, vt dignos vos habeat in conspectu suo, & liberi efficiamini ab his, que vos expedit, tormentis. Beatus Faustinus respondit: Nunc videbis gloriam Dei nostri, vt cognoscas hunc inualidum esse, quem tuum deum confiteris. Tunc una voce pariter dixerunt: Sol cognovit occasum suum: posuisti tenebras, & facta est nox. Adrianus dixit: Quid est, quod submurmuratis? Accedite propius, & sacrificare deo iniuncto Soli. Tunc Iouita conuersus ad statuam Solis, dixit: Nos adoramus Deum, qui regnat in celis, qui Solem lucere constituit: tu autem cum sis statua in aspectu tam Solis, transfigurare in effigiem picis ad confusionem eorum, qui te quasi deum adorant.

Solis statua fit in istar fuliginis.

Redigitur in fauilla.

Cumque hec dixisset, illico facta est statua ut fuligo in conspectu populi. Radix autem, qui in capite illius erant, tanquam carbones mortui decidebat in terra. Cernens Adrianus talia, dixit: Quid est, quod video? Italicus Comes dixit: Precepit ministris, vt ei restituant splendorem. Luber ergo Adrianus ascenderet ministros cum spongijs, ut superductam fuliginem eidem statuam detergerent. Quod dum ministri conareretur efficere, tota simul in fauillam resoluta est, vt nihil penitus ex ea remaneret. Beatus vero Faustinus ait ad Imperatorem: Animaduertis quod factum est deo, quem colis? Quomodo ad nihilum redactus es? Tunc iratus valde, iussit eos ad bestias damnari.

Cumque introducti essent in medio ludi, Adrianus dixit ad Italicum: Introducantur feræ sequissimæ, ad quarum aspectum statim timore deficiant. Conuersus vero Adrianus,

dixit:

dixit ad martyres: Animaduertite, ô Faustine & Iovita, quia iam in morte estis constituti, & propè est, vt acceleretur finis vitæ vestrae. Consentite itaq; mihi, & sacrificare deo Saturno siue Diana, vt à ferarum morsibus possitis absolui. Sanctus Faustinus respondit: Saturnus, quem dicitis, homo fuit pollutus immanissimis sordibus, qui suorum fertur carnes vorâsse filiorum. Diana verò turpis extitit mulier, quæ pudore abiecta, succincta more venâtium, feras dicitur infecuta. Hósne tales nobis præcipis ad summi Dei iniuriam adorare? Adrianus Imperator dixit: In morte estis constituti, & adhuc in blasphemis perseueratis? Tunc conuersus ad satellites suos, imperat eis, vt quatuor aduersus athletas Christi leones admitterent. Dimissi sunt itaq; leones, quorum erant oculi flammantes, & adspicetus terribiles. Qui venientes cum grandi velocitate, proiecerunt se ad pedes sanctorum, dantes intolerabiles fremitus, ita vt cōtremiseret populus pagorum. Ipsi verò demissi in terram capite, lingeant sanctoru[m] vestigia. Cernens Adrianus, quod gerebatur, iussit ministris suis, vt dimitterent leopardos. Qui & ipsi venientes ad locum, ubi serui Dei stabant, volutauerunt se ad pedes corū. Videntes hęc populi, clappingi, mauerunt, dicentes: Tolle magos de medio nostrū, vt possimus liberè deos adorare. Adrianus amplius ira stimulatus, ait ad ministros: Dimittite ad eos vrsos, ponentes priùs tam circa latera eorum faculas ardentes, vt cùm exusti fuerint, dolore eos instigante, ipsos deuorent. Fecere ergo ministri, vt sibi fuerat imperatum, dimiseruntq; vrsos. Qui cùm ad seruos Dei appropiasserent, leones & leopardi faciebant in ipsos ministros imperium, & ita eos morsibus suis conciderunt, vt ne vnu[m] quidem viuus euaderet. Electi autem Dei stabant inter bestias securi, quibus ait Adrianus: Animaduertitis, Faustine & Iovita, quia miserationē suam adhuc deus Saturnus, cui iniurias intulistis, erga vos exhibet, & idecirco à feris minimè contingimini? Faustinus respondit: Erubescē Christianorum tyranne. Non enim, vt tu putas, Saturnus tuus ab his feris nos cripuit, sed potius verus Deus ille, cui nos seruimus, qui regnat in celis.

Vbi itaque sunt minæ, quas nobis intendebas? Ecce feræ, quas cum grandi ad nos feritate misisti, adorantes Deum, jacēt ante pedes nostros prostratae, nihil feritatis habentes. Sed si qua adhuc habes fortiora, accelerata, vt in omnibus te victum esse cognoscas. Adrianus dixit: Nolite vrgere, quia iam duriora preparata sunt, quæ vobis adhiberi præcipiam. Tunc quidam sacerdos, Orphetus nomine, qui cōsanguineus erat Imperatoris, dixit ad eum: Si iuber pietas vestra, tollentes inuidiū etiā summum deum Saturnum, eamus ad eos, vt liberentur à feris, & sic poterimus lucrari animas eorum. Adrianus dixit: Facite, sicut vobis videtur. Tunc Orphetus vna cum alijs sacerdotibus, necnon Italico Comite, tollentes Saturni statuam, pergebant ad locum, ubi erant sancti inter bestias positi.

Qui cùm propriū accessissent, cōtinuò feræ insilentes super eos, vniuersos suis morsibus peremerunt, clamantibus paganis ac dicentibus: Deus Saturnus, adiuua ministros tuos. Statua quoquè ipsa, bestiarum conculeata pedibus, suorum iacebat foedata sanguine sacerdotum. Audiēs vxor Italici, Afra nomine, virum suum à feris interemptum, alij, cum magna velocitate vénit ad theatrum, & ita cum clamore dicebat Adriano: O quales deos colis Adriane, qui nec sacerdotes suos, nec seipso potuerunt liberare. Quapropter & ego misera ob vestram perfidiam vidua facta sum. Quid multa? Videntes populi, quod erat factum, magnificabant Deum Faustini & Iovitæ, & multi ex eis crediderunt in Domino: inter quos simul etiā Calocerus, qui erat in officio Imperatoris, cum multis officialibus suis crediderunt Christo. Sed & Afra, cōiuncta Italici, reliquo errore idoliatriæ, credentiū sociata est numero. Adrianus Imperator ait ad martyres: Si verus Deus est, quæ colitis, exite liberi à feris. Beatissimi athletæ responderunt: Et in hoc tibi ostendemus potentiam Domini nostri Iesu Christi. Tunc conuersi, dixerunt ad bestias: In nomine Domini imperamus vobis, vt excatis extra ciuitatem, neminem omnino continentes. Quæ statim à conspectu eorum, velut oues mansuetissimæ recedentes, portas ciuitatis egressæ, montis deserta petierunt. Adrianus verò fortissimos Christi milites præcepit retrudi in carcerem.

Postera igitur die iuber sibi in Capitolio Adrianus sedē parari: quod cùm sanctos Dei adduci præcepisset, compellebat eos Ioui thura imponere. Qui cùm immobiles in fide Christi persisterent, iussit Adrianus ignem copiosum accēdi, & in medium incendij eos projici. Stabant verò bellatores Christi inter flamas immobiles, & expansis manibus hymnum dicentes. Ampliori ergo dehinc Adrianus indignatione corruptus, magos eos esse

Dimittuntur in eos leones, sed nihil illos iudunt.

Item leo ad locum, ubi serui Dei stabant, volutauerunt se ad pedes corū. Videntes hęc populi, clappingi,

Item vrsi.

Fera deus
rant Italici
Comitem
cum multis

Calocerus,
Afra & alij
multi cre-
dūr in Chri-
stum.

Mittunt in
flamas mar-
tyres illæsi.

esse & sceleratissimos inclamitans, præcepit eos rursus in carcerem trudi, & nullum pe-
nitùs ad visitationem eorum admitti, vt famis penuria interirent. Angeli autem Domini
ni intempesta noctis silentio descenderunt ad eos, quorum adspicere in modum radi-
orum Solis, tenebras effugabat. Qui confortantes beatissimos Christi athletas, ab oculis
eorum lapsi sunt. Iubet itaq; post hęc Adrianus tribunal ante templum Martis præ-
parari, & ibidem sibi beatissimos Faustinum & Iouitam exhiberi. Cumq; iſſet Caloce-
rus, vt eos exhiberer, ecce occurrit sanctis martyribus totum officium Caloceri, & præ-
cedebat eos cum magna reverentia, & que dum venirent ad fanum Martis. Cernens ve-
rò Adrianus omnes ex officio pari consensu sanctis habere reverentiam, suspirans, ani-
miq; dolore permotus, recepit se in palatum, & iussit Faustum & Iouitam in scio po-
pulo ad se adduci, quibus & ira dixit: Existimat, quod & me vanum per maleficia vestra
faciatis, sicut & populum fecistis? Vnde nisi sacrificaueritis, per diuersas vos faciā vin-
ctos trahi ciuitates, & per varia demūn tormenta viuendi vobis terminum imponam.
Beatus Faustinus respondit: Quocunq; nos duci præceperis, semper in nomine Domini
ni nostri te scies confundi: quia Saluator noster, qui nos protegit, semper nobiscum est.
Adrianus dixit: Probabitis tunc, cùm vehementiora vobis adhiberi præcepero tormen-
ta. Beatus Iouita respondit: Quasunque nobis poenas adhibueris, non timebimus ma-
la, quoniam Dominus suscipiet nos. Tunc præcepit eos iteratò in carcerem claudi vsq;

Apollonius ad diem profectionis suæ, mandans ministris, vt nullum ad eos ingredi permetteret.
episcopus Sed & carcerem annuli sui impressione obsignari præcepit. Omnis verò populus, qui
latitando crediderat vnà cum Calocero & officialibus eius, inquirentes beatum Apollonium,
declinat ra- qui propter metum infidelium occultabatur, inuenierunt eum non à longè à Brixiana
bim perse- cutionis. vrbe absconditum.

Cui cùm omnia, quæ gesta fuerant, retulissent, Deum benedicēs Apollonius, iuit pa-
riter cum eis ad cuiusdam montis remotiorem locum: ibique eis iuxta morem fidei se-
riem tradens, baptizauit eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: & confortans eos
in Christo, dimisit à se. Nunciatum est autem Adriano, quia Calocerus & officium eius
credidissent. Qui iratus valde, præcepit eos comprehendendi, & vinculos sibi in circō presen-
tari, & ait ad Calocerum: Calocere, quæ te dementia inuasit, vt vniuersis, qui in palatio
meo sunt, te abieciōrem redderes! Conuersus quoquè ad officium eius, dixit: Dicite,
morti destinati, qua vos insania compulsi, deos nostros reliquistis, vt inter damnatios
puniri non metuatis! Illi ad hęc responderunt: Non timemus huius seculi mortem, quia
adiutor noster Deus est, qui regnat in celis. Tunc furore nimio succensus Adrianus, ius-
sit eos circunduci, & in eodem loco decollari. Qnod cùm factum fuisset, venit Apollo-
nium cum Christianis, & rapuit corpora eorum, & digne tradidit sepulturæ sub die xiiij.
Calend. Decembrium.

Faustinus, Calocerū verò præcepit Adrianus vnà cum Faustino & Iouita catenis adstrictos post
Iouita & se ad Mediolanensem ciuitatem, quod erat profecturus, adduci. Cumq; portas ciuita-
Calocerus tis beati martyres fuissent egressi, prosecutus est eos omnis populus Christianorum vnà
vinciti du- cum sancto Apollonio episcopo, & venerunt cum eis vsq; ad fluuim, qui dicitur Mel-
cuntur Me- dia: & ibi confortantes se inuicem, dataque sibi pace, multis cum lachrymis separantur.
Porrò beatissimi athletæ Faustinus & Iouita, vnà cum Calocero vinceti catenis, sub cu-
stodia perducti, die tertio Mediolanum sunt ingressi. Statimq; Adrianus iubet sibi in
thermis Herculanis tribunal parari, & in conspectum suum fortissimos Christi marty-
res, sic vt erant fatigati ex itinere, exhiberi, sperans infelix robustissimos Deimilites, fes-
tos iam labore via, suis obedientiis præceptis. Ad quos inflata voce sic locutus est. Scitis
miseri, quomodo translati estis de ciuitate vestra? Vel modò conuertimini ad sacrificia
deorum magnorum, vt liberi à poenis esse possitis, & inter primos in nostro palatio com-
putari. Beati martyres responderunt: Sacrificium offerimus Deo nostro, qui nobis in
omnibus præbet auxilium. ceterum securus esto, quia de monijs, quæ colis, non sacri-
ficamus, promissiones tuas pro nihilo putantes. Adrianus hęc audiens, stimulis furo-
ris exagitatus, iussit eos supinos alligari, & supra ora corum fistulas ponit, & liquefactum
plumbum infundi: quod eorum guttura penetrat, vocem simul eis & vitam extorque-
ret. Faciunt ministri imperata: sed mox resiliens plumbum in eos, qui illud infundebant,
dispergebatur: sanctos autem in nullo contingebat incendium.

Cernens id Adrianus, magis infremuit, iussitque eos in ecclęo torqueri, & circa late-
ra

ra eorum laminas ardentes adhiberi. Quod cùm ministri fecissent, exclamans Calocerus, dixit: Orate pro me beatissimi martyres, quia grauiter comburor ab his flammis. Sanctus Faustinus dixit: Sustine modicū Calocere: adeſt eccl̄ angelus Domini, ferēs auxilium tibi. Nec mora, affuit adiutorium Domini, confortatusq; Calocerus, gratias Christo coepit referre, aſſeuérans se dolorem minimè sentire. Adrianus dixit: Calocere, in penis verè ignem nō sentis? Calocerus dixit: Verè tibi dico, quia flammarum tuarum incendia prorsū non sentio. Adrianus dixit ad officium: Aſſerte ſtupam, resinam & oleum, & circa eccl̄eos ignem ſupponite, vt cum ipl̄is pariter eccl̄eos concrementur. Cumq; ministri ſi bi imperata perfecſſent, cernēs Adrianus prolixam circa eccl̄eosflammam diffundī, & timans sanctos Dei vechementer aduri, p̄cepit eis acclamari: Vel modò ſentite fortissimorum deorū virtutem. Beativerò martyres vultu lētissimo benedicebant Dominum, itā vt cunctis patenter innotesceret, quia nequaquam eos incendium moleſtaret. Videntes autem populi, qui aſſiſtebant, tanta mirabilia, clamare coepérūt: Ve- Multi cre-
dūt in Do-
minum.

rē magnus eſt Deus Christianorum. Et multi ex ipl̄is crediderunt in Domino. Confusus igitur Adrianus, & iam neſciens quid ageret, iuſſit eos a clero ad carcerem trahi: & de- hinc post aliquot dies proficiſſens Romam, p̄cepit inuiſtos Christi martyres per ſingu- Hunc Ado-

quēdam qui eius vices perageret, ad Alpes Cotias direxit, à quo beatus Calocerus mul- vocat Sapri-

ta pro Christi perpeſſus nomine, ad extreum reductus Mediolanum, ibique fortis in fi- tiū, & pri-

de, martyrium conſtanter accepit. Porrò beatissimi martyres Faustinus & Iouita, Ro- micrium

mam perducti ſunt, trahētes ubiq; per p̄dicationis officium populum ad Christum, Schola Cās-

Quibus nō longe ab Urbe poſitis, Calimerus quidam, iam Christi fide imbutus, occurrit, eosque in vehiculum ſuum, quo ipſe ſedebat, aſſendere perſuasit, Urbemque cum eis ingressus eſt. Cuius fidem beati martyres explorantes, permifſi a custodibus, petiē- didatorum:

tunt a Romano pontifice, qui eodem tempore occulſus ad Catacumbas morabatur, Mediola-

vt Calimero Epifcoporum honorem traderet, eumque ad Mediolanensem populum, Calimerus

qui in Christo crediderat, cōfortandum dirigeret. Quod & factum eſt. Verū quia lon- ordinatur

gum eſt, beatissimorum Christi martyrum Faftini & Iouitæ omne textum passionis Mediola-

ſeu miraculorum exponere, ad glorioſum eorū exitum veniamus. Denique cùm apud nenis epi-

urbem Romā ab Adriano Imperatore dijs immolare compulſi eſſent, & fortissima, ſuf- ſcopus quē

fragante Deo martyribus ſuis, cordis intentione reſtitiffent, ac multū, tam roboře ſua Onuphrius

cōſtantiae, quām verbo fidei, Christo populū acquisiſſent, no uifſimē tradidit eos Adri- ſcribit V.

nus Aurelianuſ Comiti, dicenſ: Tolle iſtos deorum noſtrorum cōtemptores, & reduc eos fuiſſe ciu-

in ciuitatem Brixianam, & ibi eos, niſi ſacrificauerint, interfice. Qui ſuſcipiens beatifi- vibis epi-

mos martyres, viñtos ferro ad ciuitatem Brixiam reduci p̄cepit. Quibus occurrentes ſcopum.

Christianī cum ſancto Apollonio antifite, nimia de eorū regressione exultatione gauiſi ſunt. Tūc Aurelianuſ Comes iuſſit ſibi beatos martyres exhiberi. Quos cùm de im- Faftinus

molandis deorum ſacrificijs compellāſſet, beati martyres responderunt: Nos libenter & Iouita

parati ſumus pro nomine Domini noſtri Iefu Christi potiū mori, quām tuis obedire p̄ceptis. Audiens hęc Aurelianuſ, iuſſit eos foras ciuitatem duci, & ibidem decollari. decollatur,

Ducti ſunt ergo fortissimi martyres Christi extra portam ciuitatis in via Cremonensi, Faftinus

ibique genibus poſitis, a gladiatoriibus decollati ſunt, ſuſcipientes momentaneam & Iouita

mortem, vt vitam acquirerent ſempiternam. Faſta ſunt autem hęc tam in decollatur,

Brixiana, quām in ceteris virib; vel regionib; ſub Adriano Impe- ratore.

Et consummata eſt gloriflſima eorum paſſio ſub die quintodecimo Calendarum Martiarum, regnante

Domino noſtro IE SV

Christo &c.